

Matth. xviii, 15, *seq.*) His ergo et aliis multis sanctorum Patrum auctoritatibus segregandi sunt mali a bonis, ne pereant iusti pro iniustis, sicut scriptum est: *Perit iustus pro impio* (*Isa.* lvii, 1, *sec.* LXX). Debet enim discretio semper fieri inter bonos et malos, sicut est inter hædos et oves. Manifesta quoque peccata non sunt occulta correctione purganda; sed palam sunt arguendi qui palam nocent, ut dum aperta objurgatione sanantur, ii qui eos imitando deliquerant corrigantur. Dum enim unus corripitur, plurimi emendantur. Et melius est ut pro multorum salute unus condemnetur quam per unius licentiam multi periclitentur. Nec mirum si inter homines hæc ratio custoditur, cum et inter jumenta hoc fieri persæpe cognovimus, ut ea quæ scabiem aut impetiginem habere videntur separentur a sanis, ne illorum morbo cætera san-

B damnentur vel pereant. Satius est ergo ut mali aperte corrigantur, quam pro illis boni pereant. Unde volumus vos omnes in unum convenire episcopos, ut de incidentibus causis fiat disceptatio, et salubris de ecclesiastica observatione collatio, quatenus dum per hoc et præterita corrigantur, et regularum futura suscipiunt, omnipotens ubique Dominus fratrum concordia collaudetur. Cujus vobis adesse præsentiam, si hæc observaveritis, scitote, quia scriptum est: *Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio eorum sum* (*Matth.* xviii, 20). Si ergo dignatur adesse duobus vel tribus congregatis quanto magis non deerit ubi plures conveniunt sacerdotes? Et quidem quia adhibendum bis in anno concilium Patrum sit regulis institutum, non latet. Sed ne forte aliqua excusatio sit, semel decrevimus congregari, **1281** ut ex expectatione concilii nihil prævum, nihil præsumatur illicitum. Nam plerumque etsi non amore justitiæ, metu tamen examinationis abstinetur ab hoc quod omnium notum est posse displicere iudicio. Hanc, frater charissime, observantiam

(n) Corb., Vatic. D et Gemet. ac Pratell. ut omnes te qui nobiscum alitus es, atque didicisti sanctæ.

(o) Turon., et nos fideliter obedisse qui.

(p) Idem Codex cum Norm., perceptum moribus

nostris relinquendam posteris teneamus, et omnia quæ ad eruditionem nostram sacris apicibus scripta sunt custodiamus, atque ad ea quoscunque possumus excitemus. Certum quippe est quia si toto corde præceptis salutaribus nos occupamus, omnem vitiorum labem effugimus, quia dum his quibus ædificamur innitimur locum sine dubio deceptionis excludimus. Quapropter oportet ut enixius in cunctis studiosos vos circa fratres atque subjectos ostendatis, (n) ut omnes cum quibus aliti estis, atque didicistis sanctæ Romanæ Ecclesiæ præceptionibus parere, apostolicæ sedis præcepta multiplicare apertissimeque nota facere agnoscaat; quia quod specialiter tibi tuisque et fratrum tuorum charitati, ut tuæ litteræ innotuerunt, consultis scribimus, generaliter omnibus tenere mandamus. Circa subjectorum autem **1282** actus fraternitas tua sit vigilans, ut vestrum illis exemplum instructio et vita magistra sit; linguæ vestre exhortatione discant quod metuant, et doceantur quod diligant; ut dum talenta credita cum lucro multiplicantur, in diem retributionis annuente divina gratia audire mereamini: *Euge, serve bone et fidelis, intra in gaudium Domini tui* (*Matth.* xxv, 21, 25.) Curam præterea de omnibus quæ vobis aliisque fratribus nostris, et generaliter cunctis, pro illicitarum rerum prohibitione scripsimus, habere vos per omnia cognoscamus, quia omni studio omnique adnisi necesse est ut fraternitatis vestre vigilantia compleantur, atque illic omnia quæ pro animarum scripsimus salute fideliter recenseantur; quatenus et vos per hoc vestrum zelum qualiter vobis illicita displiceant ostendatis, (o) et nos utiliter providisse, qui vos ac vestram ad hoc præ cæteris personam elegimus, videamur. Omnipotens autem Deus sua vos protectione custodiat, honoremque (p) perceptum vobis omnibus servare concedat. Amen (q).

servare.

(q) In fine Cod. Corb. et Gemet. legitur *data Kalendis Novembris, indictione 12, mendosissime.*

APPENDIX

AD SANCTI GREGORII EPISTOLAS.

1283 I. (a) *Symbolum fidei dictatum a beato Gregorio papa.*

Credo in unum Deum omnipotentem. Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, tres personas, unam substantiam. Patrem ingenitum, Filium genitum; Spiritum vero sanctum nec genitum nec ingenitum, sed coæternum, de Patre et Filio procedentem. Confiteor unigenitum Filium consubstantialem et sine

FRAGM. I. — (a) Reperitur initio Registri Gregoriana ante omnes epistolas, in omnibus fere Codicibus manu exaratis; referturque a Joan. Diacono, lib. II Vitæ, c. 2, ubi aliquas diversas lectiones a

D tempore natum de Patre. Omnium visibilium et invisibilium conditorem. Lumen ex lumine. Deum verum de Deo vero. Splendorem gloriæ. Figuram substantiæ. Qui manens Verbum ante sæcula, perfectus homo creatus est, juxta finem sæculorum; conceptus et natus ex Spiritu sancto, et Maria virgine. Qui naturam nostram suscepit absque peccato. Et sub Pontio Pilato crucifixus est, et sepultus; tertia die resurrexit et

nobis annotatas reperies. Hoc confessionis fidei symbolum a sancto Gregorio pronuntiatum credimus in ipso suæ ordinationis et inaugurationis solemnibus rite.

Die autem quadragesimo ascendit in cœlum. Ad dexteram Patris. Unde venturus est judicare vivos et mortuos. Positurus ante oculos omnium secretorum. Daturus sanctis perpetua regni cœlestis, iniquis autem supplicia ignis. Innovaturus sæculum per ignem. Confiteor deum, unum baptisma; unam, apostolicam et catholicam Ecclesiam, in qua sola possint laxari. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. *Laurentii archidiaconi depositione, et Honorati in ejus locum substitutione.*

In temporibus papæ Gregorii, (b) consulatus Maurici anno septimo, depositus est Laurentius, qui fuerat in ordine diaconi sedis apostolicæ, superbiam et mala sua, 1284 quæ tacenda sunt, et factus est archidiaconus Honoratus concilio presbyteris et diaconibus, notariis, diaconibus, vel cuncto clero in basilica aurea. *Itaque relicta est de litanis majoribus, in basilica sanctæ Mariæ.*

Caritas annuæ devotionis nos, filii dilectissimi, habet, ut (a) litaniam quæ major ab omnibus appellatur ac devotis debeamus, auxiliante mentibus celebrare, per quam a nostris precibus, ejus misericordiæ supplicantes purgari mereamur. Considerare etenim nos collectissimi, quam variis continuisque calamitatibus pro nostris culpis atque offensionibus afflictis qualiter item cœlestis pietatis nobis subindivina subveniat. Sexta igitur feria veniente, a festo Laurentii martyris, qui appellatur Lucifugus, (b) ad beatum Petrum apostolorum principem, Domino supplicantes cum hymnis et cantibus, properemus, ut ibidem, sacra myrrorantes, tam de antiquioribus quam de præ-

II [Al. l. II, ind. 10, ante ep. 1]. — (a) Hoc nomen in Mss. Anglic., Norm. et plerisque Vaticanis in Colbert., Vatic. A, B, C, utroque Turonicis S. Gaii et Majoris monasterii. Consulatum abolevit Justinianus Aug. an. 541. Caritatem restituere voluit Justinus imperator Justinianum, sed irrito conatu. Attamen imperatorum consulatus titulum, assumere solebant, quod erat annus consulatus ac imperii. Lege in Glossario, ad hanc vocem *Consulatus*.

III [Al. l. II, ind. 10, ante ep. 1]. — (a) Etiam litanie dividuntur in majores et minores. Nam litanie sancti Marci celebratur vocatur major, litanie Rogationum, quæ dicuntur minores, et non videatur. Attamen in celeberrima Martini basilica apud Turonos ea die fit litanis septiformis, a septem choris per totidem portas tempore basilicam intrantibus, et litanias septem libus; quod fortasse alibi etiam usu receptum. Hinc litaniam majorem eandem fuisse ac minorem suspicamus, contra Gussanvillæi mensuris lege subjectam notam. Male in omnibus libris *letaniam*. Græcis λητῆ, et λητανεῖα, oratio, supplicatio. Basilii, epist. 63, litaniam de septem, distinguerem a septiformi, de qua tempore mortalitatis. Major de qua hic dicitur in usu fuisse ante Gregorii tempora, dicitur Durandus, non advertens hæc verba: *et ab omnibus appellatur*. De litanis quas restauravit, agens Sidonius Apoll., epist.

sentibus beneficiis pietati ejus, in quantum possumus, referre gratias mereamur.

IV. (a) *Privilegium monasterio sancti Medardi concessum.*

De Gairaldo abbate sancti Medardi, et de illius monasterio Suessionensi, quod amplissimis privilegiis decorat.

Gregorius omnibus episcopis.

Pretiosissimis lapidibus in diademate Christi merito renitentibus, omnibusque sanctæ Dei Ecclesiæ membris, quorum universale caput est Christus, 1285 Gregorius licet sanctæ Romanæ sedis pontifex, sublimetur, humillimus tamen servorum Dei servus.

Quando catholicorum regum corda ad ea quæ pontificalibus sunt monitis provocanda ita ardenti desiderio divina præveniente gratia succedunt, ut ab eis ultro poscantur, tanto alacri et læto sunt animo concedenda, quanto et ea ipsa quæ cupiunt, si nolent facere, peti debuerant. Proinde juxta filiorum nostrorum præcellentissimorum scripta regum Brunichildis ac nepotis ejus Theoderici, monasterio sanctæ Dei genitricis Mariæ, ac beatorum Petri apostolorum principis, necnon protomartyris Christi Stephani, quod est in Suessorum civitate situm, ubi sanctus Medardus requiescere et vir venerabilis Gairaldus abbas præesse videtur, hujusmodi privilegia auctoritatis nostræ decreto indulgemus, et ea plenius confirmamus privilegia quæ a bonæ memoriæ domino papa Joanne, comitante illustrium regum clementia, Clotarii scilicet et Sigeberti hujus nostræ filiæ jugalis, ipsi loco sub anathematis vincula sunt concessa vel indulta, concedimus atque firmamus. Statuentes nullum regum, antistitum, vel judicum, nullum, quacunque præditum dignitate, ea quæ a præcellentissimis regibus vel quibuslibet aliis Deum timentibus loco concessa sunt vel conferentur, sub cujuslibet occasio-

14, lib. v, agnoscit eas longe antea fuisse in usu; sed vagas, tepentes, infrequentes, oscitabundas, ut nunc fit apud nos aut populi vitio aut incuria pastorum. Justinianus, in Authenticis, novell. 123, cap. 32, vetat litanias fieri sine episcopo, clericis et sacris crucibus. Quid litanias inter et processiones intersit, innuimus infra, ubi de missis publicis. Gussanv. Antiquissimum esse litaniarum seu supplicationum publicarum usum probat sanctus Ambrosius, epist. 40, num. 16.

(b) Superius legitur hæc litanis facta in basilica sanctæ Mariæ, et hic in ecclesia sancti Petri, quod hanc chartam dubiæ fidei reddat. Aliunde ab omnibus penes Mss. abest, et qui eam habent Codices pauci sunt recentiores.

FRAGM. IV. — (a) De hoc privilegio diu decertatum est. In nullis Mss. nobis occurrit, excepto uno Victorino.

Ex his qui notas in Gregorianas epistolas scripserunt, Alteserra ipsum propugnat. Aliter sentire videtur Gussanvillæus, etsi judicium terre non audeat. In subscriptionibus multa errata deprehendi constat, ut ex notis marginalibus Philippi Labbei, tomo V Concil., col. 1585, liquet. Cum in omnibus Editis epistolarum sancti Gregorii locum habeat hoc privilegium, illud in appendice servandum censuimus. Alia privilegia a sancto Gregorio concessa vide supra lib. XIII, epist. 8, 9, 10. De privilegio Sublacenibus dato, in quo regula sancti Benedicti approbatur, lege Mabillonium, tom. II Analect., p. 166.

nis specie, minuere vel auferre, vel suis usibus applicare; sed cuncta quæ Deo servientibus monachis oblata sunt vel offerri contigerit perenni tempore illibata et sine aliqua inquietudine volumus possideri, eorum usibus pro quorum sustentatione concessa sunt modis omnibus profutura. Concedimus etiam ut obeunte abbate, non alius ibi quicumque obreptionis astutia ordinetur, nisi quem communis consensus monachorum elegerit, aut præviderit ordinandum. Caveant autem præfati monachi simoniacam hæresim, ne, potentia regum vel antistitum convicti, loco pastoris suscipiant tyrannum. Quod omnino fieri prohibemus, et eundem abbatem causa ordinationis suæ aliquid dare præsumere vetamus, ne hac occasione quæ a fidelibus piis locis offeruntur vel oblata sunt, consumantur. Et quia fama religionis Deo servientium monachorum nostras pervenit ad aures, quibus vir vite venerabilis Gairaldus præesse dignoscitur, justis petitionibus præcellentissimorum regum Brunichildis atque Theoderici faventes, ob amorem domini Medardi, tantam divini honoris dignitatem et securitatem concedimus perenni tempore mansuram. Auctoritate igitur divina, vice beati Petri apostolorum principis, consensu omnium Romanorum pontificum et voluntate totius senatus Romani, suadente nobis viro apostolico Anserico Scessorum urbis pontifice, et omnium Galliæ episcoporum favente iudicio, decernimus ut nullus archiepiscoporum, vel archidiaconorum fratres præfatæ basilicæ de ordinatione sui abbatis vel ecclesiasticorum graduum assumptione inquietet, sed secundum prærogativam ipsius loci vobis modo recitatam, beatissimi prædecessoris nostri domini Joannis papæ tempore decretam, **1286** et apostolica auctoritate firmatam, ordinationem sui abbatis ipsi fratres peragant, et ecclesiasticorum graduum dignitatem suscipiant. Consecrationes quoque fontium, et scrutinii mysteria in ipso monasterio celebrent. Chrismatis quoque ac olei, altaris, calicis, corporalis, a quocumque voluerint pontifice benedictionem expetant, ne tantus honor a quoquam rectore, ullius occasionis causa vel necessitatis, intermittatur, ne vilescat tantæ sublimitatis locus sanctæ Mariæ, et beati Petri, neonon et protomartyris, et domini Medardi meritis sacratus, quem caput monasteriorum totius Galliæ constituimus, nulliusque ditioni patimur sebesse. Sed velut hæc sedes Romana speculationem suam toto orbi indicit, et novas consuetudines omnibus mittit, et omnium personarum servitio caret, ita præfatus locus, remota omni consuetudine pessima regum, antistitum, iudicum, exemplum divinæ religionis et honestatis cæteris exhibeat monasteriis, et super ea plena gaudeat libertate. Cujus rectores et filii, præsentibus et successuri, tantum sub regum custodia positi, admonitionem sancti Petri et successorum suorum hujus sanctæ Romanæ sedis pontificum auctoritate proclamant. Et si incumbit necessitas, adeant. Hujus rei gratia fratribus dirigendis in via tanti itineris filia nostra Brunichildis regina **xx** mansos ingenuos, et totidem serviles, cuncta in-

A tegritate æternaliter facta præceptione juxta finem Alpium contulit. et multos alios redditus terrarum ob hanc causam delegavit, situs in ejusdem itineris spatio. Tusiæcum vero et Mortinetum fiscos regios communiter ad stipendia fratrum dedit, et ita omnes villas Deo et sancto Medardo traditas, vel tradendas, sua præceptione conclusit, ut quicumque super terras domini Medardi habitare voluerit, vel steterit, sive servus sive liber, cujuscunque sit, alterius dominio privetur, et sanctæ Genetricis servitio aptetur, nec ultra redeundi licentiam habeat. Quod si fugerit, reputetur ut servus nunc ejusque sanctæ Dei Ecclesiæ. De altaribus quoque juxta institutionem domini papæ Joannis apostolica auctoritate confirmamus, ut qui fuerit rector præfati monasterii, fiat præterea altarium præsul, et omnium ecclesiarum sibi pertinentium, et inde præfatorum sanctorum præcipuo altari luminaria exhibeantur, et hospitalitas peregrinorum cum reverentia agatur. Subjungimus et aliud edictum, si causa capitalis criminis abbas est deponendus, non prius deponatur, donec depositores apostolicam auctoritatem requirant, et ita sint tres metropolitani cum suffraganeis suis et abbates quamplurimi. In ipso autem concilio accusatores unusquisque cum **iii** testibus præsentibus assistant, et ita veri iudicii examine probent se vidisse, ut audiente concilio obtestentur. Ad ultimum vero ipse abbas rationes suæ excusationis reddat, et jurejurandi pacto supra sacrorum mysteria quatuor Evangeliorum satisfaciatur. Tunc vero si convictus fuerit, correctione deponatur; sin autem, suo honori reddatur, et ecclesiasticæ dignitatis mysteria recipiat, et inter sacra missarum solemnia benedictionem **1287** et prædicationem juxta instituta domini papæ Joannis peragat, et suæ conversationis vitam melioribus exemplis deducat. Monachis quoque hanc proponimus sententiam, ut nullus eorum invidia aut odio abbatis, quod absit, comprimatur, vel extraneorum personarum censura plectatur. Quod si culpa principalis vitii deliquerit privatim intra claustrum ejusdem monasterii ab ipso abbate et spiritalibus fratribus arguatur, et a corpore sanctæ congregationis segregetur. Quod si perseverante contumacia abscissus fuerit, præcipimus illi ut precatorias accipiens litteras, quodcunque voluerit ingrediatur monasterium, aut causa penitentis hujus sedis apostolicæ licentiam petat, et susceptis a domino papa litteris, liber suum monasterium repetat. Hæc igitur omnia, quæ hujus apostolicæ auctoritatis et nostræ præceptionis privilegio continentur, præfati monasterii rectoribus et filiis, præsentibus et futuris, et omnibus monasteriis ipsi loco subjectis vel sociatis, sub anathemate servanda constituimus. Si quis autem regum, antistitum, iudicum, vel quarumcunque secularium personarum, hujus apostolicæ auctoritatis et nostræ præceptionis decreta violaverit, aut contradixerit, aut negligenter duxerit, vel fratres inquietaverit, vel conturbaverit, vel aliter ordinaverit, cujuscunque dignitatis vel sublimitatis sit, honore suo privetur, et ut catholicæ fidei depravator, vel

Dei Ecclesie destructor, a consortio Christi et corpore ac sanguine Domini nostri Christi sequestretur, et omnium maledictionum athemate, quibus infideles et hæretici ab oculi usque in præsens damnati sunt, cum dicitore Domini, in inferno inferiori damnanda pœnitentia præfatorum sanctorum petiaverit clementiam et fratrum communiaverit concordiam.

Gregorius sanctæ Romanæ sedis antistes privilegio subscripsi. Etherius Arelatensis archiepiscopus subscripsit. Gregorius Portuensis archiepiscopus subscripsit. Andreas Albanensis episcopus subscripsit. Augustinus Cantuariorum episcopus subscripsit. Anastasius Tyburtinæ episcopus subscripsit. Sergius Prænestinæ episcopus subscripsit. Petrus Anagninæ episcopus subscripsit. Sicut Sutrinæ episcopus subscripsit. Mellitus Nepesinæ episcopus subscripsit. Joannes Veliternus episcopus subscripsit. Tiberius Silvæ Caputinæ episcopus subscripsit. Marinianus Ravenne-
 cesiæ episcopus subscripsit. Vitulinus Pontinensis episcopus subscripsit. Joannes Anagninorum episcopus subscripsit. Sabinianus Anagninorum episcopus subscripsit. Eulogius Alepiscopus subscripsit. Dominicus Carthaginiensis episcopus subscripsit. Fortunatus Neapolitanus episcopus subscripsit. Joannes Surrentinus episcopus subscripsit. Primævius Nurcien-

RETA [Al. 44, lib. IV, ind. 13]. — (a) Synememinit sanctus Gregorius, lib. V, epist. 44, *autem fraternitas vestra quia prius pallium commodo non dabatur. Quod quoniam in-
 erat, facta concilio ante corpus beati Petri de hoc quam de ordinationibus aliquid ac-
 tibus districta interdictione vetuimus.* Exstant in synodi Acta in Codd. Colbert. Corb. et
 imis, in calce; eorumque meminisse vi-
 la, lib. II Histor., c. 1: *Excepto, inquit,
 monitionum, quem ad interrogationes sancti
 primi Anglorum gentis episcopi scripsit,
 docuimus... libello quoque Synodico, quem
 copis de necessariis Ecclesie causis utilis-
 posuit, etc.* Præter mss. Codices epistolares in quo habentur XL homiliæ in Evan-
 gem ex Bibliotheca Bigotiana accepimus, *re-
 creta repræsentat ultimo loco. Ipsa quo-
 nus in membranæ epistolas decretales
 im pontificum a Sylvestro exhibentibus,
 o exstant in biblioth. RR. Patrum Capucin-
 g.* — Hoc concilium indictum est a Grego-
 in causa Joannis presbyteri Chalcedonen-
 siæ, qui cum a Joanne episcopo Constanti-
 no hæresis injure damnatus fuisset et ad
 apostolicam appellasset, auctoritate pontifi-
 lum hanc ibidem congregari fecit: in qua
 cognitionem causæ innocentem esse re-
 ideoque, retractato Constantinopolitano
 judicio desuper habito, juste absolutum
 tatur Gregorius libro quinto epist. 15, 16
 Joannem episcopum Constantinopolita-
 hac eadem synodo, post sex canones su-
 ntes, sanctus Gregorius implendum indi-
 de quo libro quinto epistola prima, in-
 decima quarta agit, ut nullius sint pon-
 e de bonis post episcopatum adeptis epi-
 scopato dispossisset. Secus vero de his
 episcopatum possedisset. *Reperimus in
 dicio Sublacensi, inquit Baron., an., 595,
 in concilio Romano eundem Gregorium re-*

Asium episcopus subscripsit. Felix Portuensis episcopus subscripsit. Felix Portuensis episcopus subscripsit. Gloriosus Ostiensis episcopus subscripsit. Constantius Narniensis episcopus subscripsit. Constantius Mediolanensis episcopus subscripsit. Sutellius Burdegalensium episcopus subscripsit. Vitalis Vesontensium episcopus subscripsit. Bonifacius Placentinæ episcopus subscripsit. Siagrius Augustodunensium episcopus subscripsit. Flavius Rhemorum archiepiscopus subscripsit. Ansericus Suessorum episcopus subscripsit. Theodericus rex subscripsit. Brunichildis regina subscripsit. Ego Petrus sanctæ Romanæ sedis [Notarius] subscripsi, et sigillavi. Datum VII Kalend. Junii, anno ab Incarnatione Domini 594, indict. 11.

V. Decreta sancti Gregorii papæ I.

I. De officio diaconorum sedis apostolicæ. — II. Qui vel quales ad cubile pontificis deserviant. — III. Si quis ecclesiasticorum titulos ponere præsumserit. — IV. De non velando feretro Romani pontificis. — V. Ut nihil pro ordinatione vel pallio, etc., detur vel accipiatur. — VI. Si quis de servis Ecclesie ad Dei servitium converti desideret.

(a) Regnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, temporibus piissimi ac serenissimi domini (b) Mauricii Tiberii, et Theodosii Augustorum, ejusdem domini imperii Mauricii anno tertio decimo. (c) indictione tertia decima, quinto die mensis Julii, Gregorius papa coram sanctissimo beati Petri corpore, (d) cum episcopis omnibus ac Romanæ Ecclesie presbyteris residens, astantibus diaconibus, et cuncto clero dixit:

virgulam sancti Benedicti probasse et confirmasse. SEVER. BIN. — Hæc decreta eadem omnino sunt cum gestis synodi quæ habentur epist. 44 l. IV, præter pauca illa quæ post subscriptiones leguntur. Unde vero illa desumpta sint non video, cum in omnibus mss. Codicibus desint. Quia tamen sunt ad calcem quorundam editorum registri exemplarium, ea omittere nolui, ne forte quisquam huic Editioni aliquid deesse conquereretur. GUSSANV.

(b) Duo sunt ejusdem imperatoris nomina: unde renovimus virgulam quæ ipsa separabat. Fuit tamen Mauricio Augusto filius Tiberius nomine, at ipsum renuntiatum imperatorem, aut etiam Cæsarem, nusquam legimus, quamvis ei destinasset pater veteris Romæ imperium. Præterea si hoc loco Tiberii filii Mauricii mentio fieret, hic ante Theodosium fratrum natu majorem minime commemorari debuisset. — *Mauricii anno 13.* Corrige, decimo: nam cum indictione decima tertia, decimus Mauricii, non decimus tertius currebat, ut apparet ex principio lib. II Epistolarum Gregorii, ubi annum septimum Mauricii imperatoris decimæ indictioni annumerat. SEVER. BIN.

(c) Ex his notis chronologicis constat gesta hæc eadem proreus esse cum decretis ad calcem epistolarum excusis, in superioribus Editionibus. Ibi enim idem annus seu imperii seu indictionis notatur. Legitur sane in vulgatis *indictione decima quarta*; sed error est, quem ex Mss. emendavimus.

(d) Mutatis sensim moribus presbyteri in conciliis non sederunt; imo nec ipsi episcopi. In congregationibus coram summo pontifice habitis an. 1563 sedebant, ut apparet in Vita Gallica Bartholomæi a Martyribus, lib. II, c. 22, quem locum non pigebit legisse. Antiquitus sedebant in conciliis presbyteri, sententiam dicebant, subscribebant, vel ipso præsentem summo pontifice, ut ex hoc loco liquet, et in alio sub Gregorio II, an. 721. Plurima recensere levioris operæ esset et inutile cum diversæ partis auctores non inficientur usum, de jure tantummodo disputent. In Chalced. conc. presbyteros quasi iudices sedisse,

In sancta Romana Ecclesia (*Grat. dist. 92, c. 2*), **A** bus æstimant, non iudicio, sed manibus defendunt. Et cum per prædicatores suos Veritas dicat: *Nihil per contentionem* (*Philip. 11, 3*), etiam ipsum litigiosæ contentionis malum transcendunt; et res quælibet cum æstimatur Ecclesiæ posse competere, per vim tenetur. Proinde præsentis decreto constituo ut si quis ecclesiasticorum unquam titulos ponere sive in rustico sive in urbano prædio sua sponte præsumpserit, anathema sit. Et responderunt omnes: Anathema sit. Is autem qui Ecclesiæ præest si hoc vel ipse fieri præceperit, vel sine sua præceptione factum digna punire animadversione neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes: Anathema sit.

2. (*g*) Verecundus mos tempore indiscretionis inolevit, ut hujus sedis pontificibus (*h*) ad secreta cubiculi servitia laici pueri ac sæculares obsequantur; et (*Grat. 2, q. 7, c. 58*) cum pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo, plerumque clerici qualis in secreto sit vita sui pontificis nesciunt, quam tamen, ut dictum est, pueri sciunt sæculares. De qua re præsentis decreto constituo ut quidam ex clericis vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut is qui in loco est regiminis habeat testes tales qui vitam ejus in secreta conversatione videant, et ex visione sedula exemplum profectus sumant.

3. Consuetudo nova in Ecclesia hac (*Grat. 16, q. 6, c. 1*) et valde reprehensibilis erupit, ut cum rectores ejus patrimonii urbana vel rustica prædia juri illius competere posse suspicantur, (*i*) fiscali more titulos imprimant, atque hoc quod competere pauperi-

pauci sunt qui non agnoscant; at injuria factum causantur, ut aliquot posteriorum synodorum auctoritatem elevent, quasi vero in conciliis apostolorum seniores non sederint, aut sederint muti. GUSSANV.

(*e*) Gregorius Turon., de presbyteris et diaconie canentibus multa profert exempla l. VIII Hist., c. 3 et 6. GUSSANV. Lege notam 252 ad Libr. Sacram.

(*f*) Quamvis antiquitus Evangelium a lectoribus in publico fidelium cœtu legeretur, ut ex duabus potissimum Cypriani epistolis 33 et 34 patet; tempore tamen Hieronymi ceperat id muneris pertinere ad diaconos, ut satis indicat quod Sabiniano scribit sanctus doctor: *Evangelium Christi quasi diaconus lectitabas*. Ex concilii Toletani 1, can. 2, probari videtur in Ecclesia Hispanica perseverasse usque ad v sæculum antiquum morem, et lectores legendi Evangelii curam habuisse. Sozomenus, lib. VII, c. 19, commemorans eos qui legunt Evangelium in ecclesia, secundum varios aut locorum aut temporum ritus, assignat episcopum, archidiaconum, diaconos; at lectorum non meminit. Hoc primum decretum non est in Cod. Capucin Rothomag.

(*g*) Corrupte in nonnullis Excusis, *verecundum mos torporem indiscretionis involvit*. Ennodius, opusculo 7, meminit cujusdam præcepti quo ut omnes episcopi cellulosos haberent cautum erat. Id factum putat Sirmondus, vel a papa, vel a synodo, occasione calumniarum quibus uuper Symmachus papa vexatus fuerat. Gregorius Turon. refert. lib. VI

B 4. Sicut indignos nos beati apostoli Petri reverentia mens fidelium veneratur, ita nostram infirmitatem decet semetipsam semper agnoscere, et impense sibi venerationis onera declinare. Ex amore quippe fidelium hujus sedis rectoribus mos ultra meritum erupit, ut cum eorum corpora humana 1290 deferuntur, hæc (*k*) dalmaticis contegant, et easdem dalmaticas pro sanctitatis reverentia sibimet partiendas populus scindat; et cum adsint multa a sacris corporibus apostolorum martyrumque velamina, a peccatorum corpore sumitur quod pro magna reverentia reservatur: de qua re præsentis decreto constituo ut feretrum quo Romani pontificis corpus ad sepeliendum ducitur nullo tegmine veletur. Quam decreti mei curam gerere sedis hujus presbyteros ac diaconos censeo. Si quis vero ex eorum ordine hæc curare neglexerit, anathema sit. Et responderunt omnes: Anathema sit.

5. Antiquam Patrum regulam sequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam nova per ambitionem simulatio invenit appellatione (*l*) pastelli. Quia enim or-

Hist., c. 27, Ætherium episcopum Lexoviensem habuisse circa lectam suam multos lectos clericorum.

(*h*) Idem multis aliis in conciliis statutum pauci exsequuntur. Vide concil. Paris. an. 829, c. 19, 20, 21. Ridet impius, deplorant pii inter tantam domesticorum turbam, qui nonnullis famulantur ecclesiasticis, vix unum aut alterum clericali veste, corona, tonsura insignitum reperiri, cum tamen episcopales ædes, si canones audimus, clericorum esse debeant domicilia, non palatia laicorum. Quid si non ad secreta modo cubiculi servitia astant laici pueri, sed et ad tremenda sacri altaris mysteria ministrant pro acolythis pedissequi, an consuetudo excusabit? Id illis qui reformando clero invigilant discutiendum relinquimus. GUSSANV.

(*i*) De titulis, vide lib. I, ep. 60.

(*k*) De dalmaticis jam diximus ad epist. 107 lib. IX. Veterum mos fuit mortuos vestitos sepelire, et sæpe pretiosis vestibus ornare. Unde Hieronymus, in Vita sancti Pauli: *Cur et mortuos vestros auratis obvolvitis vestibus? Cur ambitio inter luctus lacrymasque non cessat? An cadavera divitum nisi in serico putrescere nesciunt?*

(*l*) Pastellus a voce pastus, qua comessatio aut convivium exprimitur. In concil. Nannet., c. 15: *Pastos autem et comessationes, quas divina auctoritas vetat, etc.* In Trosleiano, c. 6: *Census ne ab ipsis sacerdotibus sibi exquirant, et exeniis ac pastis vel paraveredis seu caballorum saginationibus presbyteros affi-*

dinando episcopo pontifex manum imponit (*Grat.*, 2, q. 7, c. 58), evangelicam vero lectionem minister legit, confirmationis autem ejus epistolam notarius scribit, sicut pontificem non decet manum quam imponit vendere (1, q. 2, c. 4), ita minister vel notarius non debet in ordinatione ejus vocem suam vel calamus venundare. Pro ordinatione vero, vel pallio, seu chartis, atque pastello, eundem qui ordinandus vel ordinatus est omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus prædictis rebus si quis hinc aliquid commodi appellatione exigere vel deferre forte præsumpserit, in districto Dei omnipotentis examine reatu subiacebit. Is autem qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, neque petitus, post acceptas chartas et pallium, aliquid cuilibet ex clero gratiæ tantummodo causa dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit.

6. Multos de ecclesiastica seu sæculari familia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare (*Grat. dist.* 54, c. 23), ut, ab humana servitute liberi, in divino servitio valeant familiariter in monasteriis conversari; quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici juris dominium occasionem præbimus. Si vero festinantes ab omnipotentis Dei servitio incaute retinemus, illi invenimur negare quædam qui dedit omnia. Unde necesse est ut quisquis ex juris ecclesiastici vel sæcularis militiæ servitute ad Dei servitium converti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus; et **1291** si mores ejus

gant. In capitulis Hinemari ad presbyteros, c. 15: *Ut quanto presbyteri per Kalendas simul convenerint, post peractum divinum mysterium, ad necessariam collationem, non quasi ad prandium ibi ad tabulam resideant, et per tales inconvenientes pastellos se invicem gravent, etc.* Citatur *dist.* 44, c. 9. Vide *Extra.*, titulo de simonia, c. 1. Pastellaticum autem est jus pastus. Vide *caus.* 1, q. 3, can. *Si quis objecerit.* Nullus igitur emat præbendam vel ecclesiam, vel aliquid ecclesiasticum, nec pastellum, nec pastum antea nec postea pro hujusmodi solvat. GUSSANV.

(m) In his decretis ad calcem epistolarum editis additur: *Si autem et in monastico habitu secundum Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, post præfixa sacris canonibus temporaliter jam ad quodlibet ecclesiasticum officium provehatur, si tamen illis non fuerit criminibus maculatus quæ in Testamento Veteri morte multantur.* Absunt vero a nostris Mss.

(n) In *Cod. Bigot.*, forte melius. *Gratiosus*, ad quem *epist.* 20 libri III.

(o) *Al.*, *Ocricolanæ*. De qua urbe lege *Mabillo-* *nium*, *Itineris Ital.* pag. 46.

(p) De his titulis legendus *Joan. Fronto*, ad *Kalendarium Romanum*. Hoc autem loco subjiciendas puto alias subscriptiones ut sunt in *Codice Bigot.*

Gregorius, gratia Dei episcopus, his decretis subscripsit.

Martinianus episcopus civitatis Ravennæ.

Paulus episcopus civitatis Nepesinæ.

Joannes episcopus civitatis Surrentinæ.

Gratiosus episcopus civitatis Numentum.

Joannes episcopus civitatis.

Agellus episcopus civitatis Terracinensis.

Romanus episcopus civitatis Bleritanæ.

Dominicus episcopus civitatis Centumcellensis.

Pelagius episcopus civitatis Anagninæ.

atque conversatio bono desiderio ejus testimonium ferunt, absque retractatione servire in monasterio omnipotenti Domino permittatur, ut ab humano servitio liber recedat qui in divino obsequio districtiorem appetit servitutem (m).

Subscriptio episcoporum.

Gregorius Dei gratia episcopus his decretis subscripsit. *Martinianus episcopus civitatis Ravennæ subscripsit. Paulus episcopus civitatis Nepesinæ. Joannes episcopus civitatis Surrentinæ. (n) Gratianus civitatis Numentanæ. Joannes episcopus civitatis Falerinæ. Agnellus episcopus civitatis Terracinensis. Romanus episcopus civitatis Bleranæ. Dominicus episcopus civitatis Centumcellensis. Pelagius episcopus civitatis Anagninæ. Felix episcopus civitatis Portuensis. Joannes episcopus civitatis Veliternæ. Candidus episcopus civitatis Fulginiensis. Luminosus episcopus civitatis Ferentinæ. Baldinius episcopus civitatis Rosellanæ. Secundinus episcopus civitatis Tauromeniæ. Martianus episcopus civitatis Ferensis. Homobonus episcopus civitatis Albanensis. Dominicus episcopus civitatis (o) Utriculanæ. Constantius episcopus civitatis Narniensis. Fortunatus episcopus civitatis Neapolitanæ. Anastasius episcopus civitatis Tiburtinæ. Proculus episcopus civitatis Prænestinæ.*

Subscriptio presbyterorum.

Laurentius presbyter (p) sancti Silvestri subscripsit. *Joannes presbyter sancti Vitalis. Speciosus presbyter sancti Clementis. Deusdedit presbyter sancti Joannis et Pauli. Andromachus pre-*

Felix episcopus civitatis Portuensis.

Joannes episcopus civitatis Belliternæ.

Candidus episcopus civitatis Dulcimensis.

Luminosus episcopus civitatis Ferentino.

Virbonus episcopus civitatis Fuscanensis.

Balbinus episcopus civitatis Rosellas.

Secundus episcopus civitatis Tauromenio.

Marcianus episcopus civitatis Ferentis.

Homobonus episcopus civitatis Albanensis.

Dominicus episcopus civitatis Utriculanæ.

Constantinus episcopus civitatis Narniensis.

Fortunatus episcopus civitatis Neapolim.

Anastasius episcopus civitatis Tiburtinæ,

Proculus episcopus civitatis Prænestinæ.

Incipit subscriptio presbyterorum.

Laurentinus presbyter tituli sancti Sylvestri.

Joannes presbyter tituli sancti Vitalis.

Speciosus presbyter tituli sancti Clementis.

Deusdedit presbyter tituli sanctæ Praxedis.

Deusdedit presbyter tituli sanctorum Joannis et Pauli.

Andromachus presbyter tituli apostolorum.

Crescens presbyter tituli sancti Laurentii.

Rusticus presbyter tituli sanctæ Susannæ.

Vibulus presbyter tituli sancti Marcelli.

Petrus presbyter tituli sanctorum Julii et Callisti.

Spectatus presbyter tituli sancti Vitalis.

Stephanus presbyter tituli sancti Marci.

Felix presbyter tituli sancti Sixti.

Petrus presbyter tituli sanctæ Balbinæ.

Justus presbyter tituli sanctorum Nerei et Achillei.

Speciosus presbyter tituli sanctæ Damascæ.

Maurus presbyter tituli sanctæ Priscæ.

Placidus presbyter tituli sanctæ Sabinæ.

sbyter Apostolorum. Cræseus presbyter sancti Laurentii. Rusticus presbyter sanctæ Susannæ. Vibilus presbyter sancti Marcelli. Petrus presbyter sancti Julii et Callisti. Spectatus presbyter sancti Vitalis. Stephanus presbyter sancti Marci. Felix presbyter sancti Sixti. Petrus presbyter sanctæ Balbinæ. Justus presbyter sanctorum Nerei et Achillæi. Speciosus presbyter sancti Damasi. Maurus presbyter sanctæ, Priscæ. Placitus presbyter sanctæ Sabinæ. Victor sanctæ Cæcilie. Joannes sancti Chrysogoni. Aventius sanctæ Praxedis. Andreas sancti Marci. Joannes sanctorum Joannis et Pauli. Agapitus Apostolorum. Felix sanctæ Sabinæ. Bonus sancti Eusebii. Bassus sancti Prudentis. Joannes sancti Silvestri. Albinus sanctorum Marcellini et Petri. Antonius sanctæ Balbinæ. Candidus sancti Clementis. Romanus sancti Marcelli. Leo sancti Damasi. Aventius sancti Quiriaci. Fortunatus sanctorum quatuor Coronatorum.

VI. *Alia sancti Gregorii papæ I decreta.*

Gregorius, gratia Dei episcopus, his decretis subscripsit, et confirmaverunt episcopi et presbyteri numero LVIII.

Gregorius sanctissimus apostolicus papa, ante corpus beatissimi Petri in synodo residens dixit: Hinc maxime nimium dolens et ingemiscens dico, quia aliquot ex Christianis in Occidentis partibus constitutos audio temere contra catholicam fidem **1293** et Patrum statuta agere, ita ut consecratas feminas ducere præsumant mulieres, et propinquas conjugio sortiantur. Quod opportunum est spiritali amputare mucrone, atque, si vestræ placet sanctitati, radicibus evellere, ne seges boni agricolæ, iniquorum mixta horrentibus frutetis, sordescat. Sanctissimi episcopi seu venerabiles presbyteri responderunt: Vere cognoscimus gratia sancti Spiritus cor apostolatus vestri succensum, ut tantæ miserie squalorem a fidelium mentibus detergatis. Post hanc omnium consonam responsionem, Gregorius apostolicus papa ante corpus memoratum venerabile Christi apostolorum principis, inferendo sententiam dixit:

1. Si quis presbyterum in conjugium duxerit, anathema sit.

II. Si quis presbyter vel diaconus duxerit uxorem anathema sit.

*Victor presbyter tituli sanctæ Ecclesiæ.
Joannes presbyter tituli sancti Chrysogoni.
Aventius presbyter tituli sanctæ Praxedis.
Andreas presbyter tituli sancti Marci.
Joannes presbyter tituli sanctorum Joannis et Pauli.
Agapitus presbyter tituli Apostolorum.
Felix presbyter tituli sanctæ Sabinæ.
Domus presbyter episcopus tituli sancti Eusebii.
Bastus presbyter episcopus tituli sancti Prudentis.
Joannes presbyter episcopus tituli sancti Sylvestri.
Albinus presbyter episcopus tituli sanctorum Marcellini et Petri.
Antonius presbyter episcopus tituli sanctæ Bal-*

A III. Si quis monacham, quam Dei ancillam appellant, in conjugium duxerit, anathema sit.

IV. Si quis commatrem spiritalem duxerit in conjugium, anathema sit.

V. Si quis fratris uxorem duxerit in conjugium, anathema sit.

VI. Si quis neptem duxerit in conjugium, anathema sit.

VII. Si quis novercam aut nurum suam duxerit in conjugium, anathema sit.

VIII. Si quis consobrinam duxerit in conjugium, anathema sit.

IX. Si quis de propria cognatione, in qua cognatas habuit, duxerit in uxorem, anathema sit.

B X. Si quis virginem rapuerit vel furatus fuerit eam, cum sibi consentientibus anathema sit.

XI. Si quis virginem quam sibi non desponsaverit rapuerit vel furatus fuerit in uxorem, una cum sibi faventibus anathema sit.

XII. Si quis hariolos, aruspices vel incantatores observaverit, aut flateriis [*Fortè phylacteriis*] usus fuerit, anathema sit.

XIII. Si quis in quamlibet partem præcepta ante emissa apostolicæ Ecclesiæ de cameris et locis diversis temeraverit, et non in omnibus observaverit, anathema sit.

XIV. Si quis homicidium fecerit, agat pœnitentiam decem annis.

XV. Si quis in scelere permanserit, anathema sit.

C XVI. Si quis ex clericis laxaverit coronam, anathema sit.

XVII. Et responderunt omnes per singula capitula tertio: anathema sit.

Subscriptio beati Gregorii papæ.

Gregorius sanctæ catholicæ atque apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, huic constituto a vobis promulgato subscripsi. Agnellus episcopus civitatis Ferentis huic constituto a nobis promulgato subscripsit. Et cæteri subscripserunt. Valet.

1294 VII. (a) *Concilium Romanum III, sive Lateranense, tempore sancti Gregorii papæ I, in quo anno Domini 601 pro monachis sequens constitutum edidit.*

Gregorius episcopus, servus servorum Dei omnibus episcopis.

D Quam sit necessarium monasteriorum quieti prohibere.

*Romanus presbyter tituli sancti Clementis.
Leo presbyter tituli sancti Damasi.
Fortunatus presbyter tituli sancti Quiriaci et sanctorum quatuor Coronatorum.*

Explicit decretum ad clerum, pontificali auctoritate Gregorii papæ Urbis Romæ constitutum, in Christo Jesu Domino nostro. Cui honor et gloria, et imperium cum Patre, et Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

VII. CONC. ROMAN. III. — In codice ms. viri clarissimi Claudii Hardy senatoris Parisiensis: *Privilegium monasteriorum sub regulari norma degentium a sancto Gregorio papa Urbis Romæ in generali synodo consensu omnium episcoporum atque catholicorum virorum dictatum, necnon sub anathematis et excommunicationis interpositione perpetua-*

spicere, et de eorum perpetua securitate tractare, anteactum nos officium, quod in regimine monasterii exhibuimus, informet. Et qui in plurimis monasteriis multa a præsulibus præjudicia atque gravamina monachos pertulisse cognovimus, oportet ut fraternitatis vestræ provisio eorum de futuro quietem salubri ordinatione disponat, quatenus conversantes illic in Dei servitio, ipsius quoque gratia suffragante, mente libera perseverent. Sed ne ex ea quæ magis emendanda est consuetudine, quisquam monachis quidquam molestiæ præsumat inferre, necesse est ut hæc quæ inferius enumerare curavimus ita fraternitatis studio episcopi debeant custodire, ut ex eis non possit ulterius inferendæ inquietudinis occasio reperiri. Interdicimus igitur, in nomine Domini nostri Jesu Christi, et ex auctoritate beati Petri apostolorum principis, cujus vice huic Ecclesiæ præsidemus, prohibemus, ut nullus episcoporum aut sæcularium ultra præsumat de rebus, vel chartis monasteriorum, vel de cellis, vel villis quæ ad ea pertinent, quocumque modo, [seu] qualibet occasione minuire, vel dolos, vel immissiones aliquas facere. Si qua causa forte inter terram venientem ad partem suarum Ecclesiarum et monasteriorum venerit, et pacifice non potuit [potuerit] ordinari, apud electos abbates et alios patres timentes Dominum, sine voluntaria dilatione, mediis sacrosanctis Evangeliiis finiatur. (*Vide lib. VIII, epist. 5.*)

Defuncto autem abbate cujusque congregationis, non extraneus eligatur, nisi de eadem congregatione, quem sibi propria voluntate concors fratrum societas elegerit; et qui electus fuerit, sine dolo vel venalitate aliqua ordinetur. Quod si aptam inter se personam invenire nequeant, solerter sibi curent de aliis monasteriis similiter ordinandum. Neque constituto abbate quocumque persona qualibet occasione præponatur, nisi forte exstantibus (quod absit) criminibus, quæ sacri canones punire monstrantur.

Pariter autem custodiendum est, ut invito abbate, ad ordinanda alia monasteria, aut ad ordines sacros, vel clericatus officium, tolli exinde monachi non debeant (b).

Descriptiones quoque rerum et chartarum monasterii ab episcopo ecclesiasticas fieri omnino vetamus

litter firmatum. Gregorius universis sanctæ Ecclesiæ filiis. Quam sit necessarium, etc. In Codicibus vero Lirinensi, Andegavensi, Flaviniacensi, cujus varias lectiones margini inscripsimus, aliisque passim, appellatur *Decretum Gregorii papæ de libertate monachorum*. — Sanctus Gregorius probe per experientiam agnoscens quantas interdum molestias monachi ab episcopis pati solerent, paulo ante vitæ suæ exitum, quem ob jugem corporis adversam valetudinem proxime imminere sentiebat, monachorum quieti et indemnitati consulere voluit. Quare, collectis episcopis viginti, presbyteris atque diaconis cardinalibus, nonis Aprilis, anno 601, pro monachis edidit hoc synodale decretum quod constitutum appellari consuevit. Ex Vaticana bibliotheca nunc demum integrum et perfectum nobis suppeditarunt annales Baronii; nam in Veneta conciliorum Editione subscriptiones (quia modo integras

A [denegamus]; sed si quando res exigit, abbas loci cum aliis fratribus causas [notitiam] rerum inventarum faciat, et eorum consilio et judicio finiantur [concilia sine præjudicio finiat]. 1295 Obeunte quoque abbate, episcopus in describendis providendisque rebus monasterii acquisitis, vel datis perquirendis [acquirendisve] nullatenus se permisceat. Missas quoque publicas ab eo in cœnobio fieri omnino prohibemus, ne in servorum Dei recessibus et eorum receptaculis ulla popularis [popularibus corrudentibus] præbeatur occasio conventus, vel mulierum fiat novus introitus, quod omnino nec expedit animabus eorum; neque audeat ibi cathedram collocare, vel quantamlibet [quamlibet] potestatem habere imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis levissimam faciendi, nisi ab abbate loci fuerit rogatus, quatenus monachi semper maneant in abbatum suorum potestate, nullumque monachum sine testimonio vel concessione abbatis in aliqua ecclesia teneat, vel ad aliquem promoveat honorem.

Hanc ergo scriptorum nostrorum paginam omni futuro tempore ab omnibus episcopis firmam statuimus illibatamque servari, ut et suæ Ecclesiæ juvante Domino tantummodo contenti [sint], et monasteria ecclesiasticis conditionibus seu angariis, vel quibuslibet obsequiis sæcularibus nullo modo subjaceant, nullis canonicis juribus [curis] deserviant, sed remotis vexationibus in [ac] cunctis gravaminibus diurnum [divinum] opus cum summa animi devotione perficiant.

Universi episcopi respondere [presbyteri et diaconi dixerunt]: Libertati monachorum congaudemus, et quæ nunc de his statuit beatitudo vestra firmamus.

Subscriptiones.

Gregorius episcopus catholicæ et apostolicæ Romanæ Ecclesiæ huic constituto a nobis promulgato subscripsi.

Agnellus episcopus sanctæ Ecclesiæ Ferentinensis huic constituto a vobis promulgato subscripsi. Humilis [Joannes humilis] episcopus Belitrensis [Veliternensis] huic constituto a vobis promulgato subscripsi.

Et sic alii omnes episcopi, numero viginti; quatuordecim presbyteri, et diaconi quatuor, die nonas Aprilis, indictione 4 [alias. 3] (c).

edidimus) episcoporum desiderantur. SEVER. BIN.

(b) In Codice Flaviniacensi hæc inseruntur: *sed si abundantes fuerint qui ad celebrandas Dei laudes vel utilitates loci explendas sufficiant, de his qui superfuerint offerat abbas coram Deo quos dignos potuerit. Quisquis autem ex monasterio ad ecclesiasticum ordinem pervenerit, ulterius illic nec potestatem aliquam nec licentiam habeat habitandi.*

(c) In Codice ms. cœnobii Flaviniacensis, in Burgundiæ ducatu D. Augustodunensis, integræ leguntur subscriptiones, quas hic subjunxisse non ingratum fuerit curiosis lectoribus.

*Marinianus Ravennas episcopus.
Joannes episcopus Ecclesiæ Tarentinæ.
Joannes episcopus Ecclesiæ Fularitanæ.
Pelagius episcopus Ecclesiæ Anagninæ.
Romanus episcopus Ecclesiæ Blantannæ.*

1296 Concilium Romanum IV, sub Gregorio papa I. A *Ecclēsiae Romanæ cum archiepiscopo Mariniano, et elevatus, cœpit ampliorem pœnitentiam coram eis agere. Tunc duxit eum ad sanctum corpus beati Apollinaris, et juravit de omnibus quæ adversus eum dicta de mulieribus vel ex schismate simoniaeo fuerant mistum se non esse. Tunc revertens Castorius chartularius adduxit secum diaconum ejusdem Maximi, nomine Stephanum relatores omnium quæ a Maximo satisfacta essent. Tunc motus ad misericordiam beatissimus papa Gregorius, direxit pallium ad confirmationem ejusdem episcopi, id est VII Kalend. Septembris, indictione secunda.*

In causa Andreæ monachi impostoris et falsarii, celebratum anno Domini 601.

Concilium. In hoc concilio damnatus est Andreas, Græcus homo sub monachali habitu degens apud basilicam sancti Pauli, detectus impostor atque falsarius. Qua de re plura Gregorius lib. IX, epist. 69 (*Nunc epist. 74 lib. XI*), ad Eusebium Thessalonicensem episcopum.

VIII. De causa Maximi prævaricatoris, ejusque satisfactione et pœnitentia.

(a) Levatus est Maximus præsumptor in Dalmatia contra votum domini papæ Gregorii, a militibus, per indictionem II, et in contumacia vel præsumptione fuit annis VII. Post hæc, post castigationem et flagella beatissimi atque apostolici papæ Gregorii, egressus Dalmatias venit in civitatem Ravennatam ad beatissimum (b) Marinianum archiepiscopum, et jactavit se tensus intra civitatem in media silice, clamans et dicens : *Peccavi Deo, et beatissimo papæ Gregorio.* Et acta pœnitentia per tres horas, occurrit exarchus Callinicus Castorius chartularius

*Luminosus episcopus Ecclesiæ Ferentinæ,
Balbinus episcopus Ecclesiæ Rosellæ.
Martianus episcopus Ecclesiæ Ferentis.
Dominicus episcopus Ecclesiæ Utriculanæ.
Fortunatus episcopus Ecclesiæ Neapolitanæ.
Proculus episcopus Ecclesiæ Prænestinæ.
Paulus episcopus Ecclesiæ Nepesinæ.
Generosus episcopus Ecclesiæ Numentinæ.
Angelus episcopus Ecclesiæ Terracinæ.
Dominicus episcopus Ecclesiæ Centumcellis.
Felix episcopus Ecclesiæ Portuensis.
Claudius episcopus Ecclesiæ Ustinensis.
Urbanus episcopus Ecclesiæ Tuscanis.
Secundinus episcopus Ecclesiæ Tauromenitæ.
Homobonus episcopus Ecclesiæ Albanensis.
Constantius episcopus Ecclesiæ Narniensis.
Anastasius episcopus Ecclesiæ Tiburtinæ.
Laurentius presbyter sancti Silvestri.
Joannes presbyter sancti Vitalis.
Speciosus presbyter sancti Clementis.
Deusedit presbyter sanctæ Præcedis.
Andronicus presbyter sanctorum Apostolorum.
Crescens presbyter sancti Laurentii.
Deusedit presbyter sanctorum Joannis et Pauli.
Rusticus presbyter sanctæ Susannæ.
Fidelis presbyter sancti Marcelli.
Petrus presbyter sanctorum Julii et Callisti.
Spectatus presbyter sancti Vitalis.
Stephanus presbyter sancti Marci.
Felix presbyter sancti Sixti.
Zoticus presbyter sanctæ Balbinæ.
Justus presbyter sanctorum Nerei et Achillæi.
Speciosus presbyter sancti Namasi.*

FRAGM. VIII [*Al. lib. VII, ind. 1, in exord. lib.*]. —

(a) Hæc in multis Mss. desiderantur. Exstant in Codice Regio qui erat olim bibliothecæ Floriacensis, et in Colbertino not. 40, ac duobus aliis, initio libri VII, indict. 2.

(b) Mariniano Ravennati Maximi causa committitur ep. 10 libri IX, indict. 2.

IX. Olim ep. 22 l. XI. — (a) Hæc testandi concessio abest a Mss. Anglic., Norm. et aliis plurimis. Eam exhibent Vaticani, Regius Codex, duo Telleriani, Colbertini plerique, et Remig. In omnibus autem mendose leguntur anni imperii et consulatus Mauricii, tam initio, quam infra repetitur : *In nomine Domini*, etc. In his enim assignatur annus 14, vel 13 imperii cum indictione 4, sed annus

nonus decimus Mauricii imperatoris concurrat cum hac indictione, ut liquet ex epistolis 65, 66 et 68, libri XI. In Excusis corrupte legitur : *Imperantibus domno Mauricio et Tiberio Augustis, anno incarnationis Domini sexcentesimo primo.* Ex duplici nomine imperatoris, qui simul vocabatur Mauricius et Tiberius, duos Augustos conflare Editores. In Vatic. A et D, ac in Teller. pro, *sub diem tertium nonarum*, habetur, *sub diem III Kalend.* Manuscripti qui assignant annum 14 imperii Mauricii pro ejus consulatu notant annum tertium decimum. In Regio quinque lineolæ perpendiculares hoc modo IIIII docent annum indictionis.

1297 IX. Testandi facultas Probo Sancti-Andreæ abbati concessa.

(a) In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, imp. d. n. m. Mauricio Tiberio pp. Aug., anno 13, eodemque don. cons. anno 11, sub diem tertium nonarum Octob., indictione 4, presidente beatissimo et apostolico papa Gregorio, atque considentibus reverendissimis Menna episcopo (b) Telesino, Basilio Capuano, Constantio Numentano, (c) Montano (d) Sabinense, Victore (e) Fausanense, (f) Joanne presby-

nonus decimus Mauricii imperatoris concurrat cum hac indictione, ut liquet ex epistolis 65, 66 et 68, libri XI. In Excusis corrupte legitur : *Imperantibus domno Mauricio et Tiberio Augustis, anno incarnationis Domini sexcentesimo primo.* Ex duplici nomine imperatoris, qui simul vocabatur Mauricius et Tiberius, duos Augustos conflare Editores. In Vatic. A et D, ac in Teller. pro, *sub diem tertium nonarum*, habetur, *sub diem III Kalend.* Manuscripti qui assignant annum 14 imperii Mauricii pro ejus consulatu notant annum tertium decimum. In Regio quinque lineolæ perpendiculares hoc modo IIIII docent annum indictionis.

(b) Telesia Samnitum urbs ad confluentem Vulturni et Sabati, episcopalis sub archiep. Beneventano, cujus meminere Livius, Strabo, Ptolomæus, Romana Itineraria.

(c) In Tellerian., Numano. In Vatic. D, Mimiano, sed pro diversa lectione annotatur, *al. Montano.*

(d) Ita in duobus Teller. et in Vatic. D. In Vatic. B, Savinense; consentitque Colbert. vet., sed idem est Savinense et Sabinense. Excusi habent Savonense; putatque Gussanvillæus legendum Savionense aut Sabionense, quæ, inquit, *urbs episcopalis ex Paulo diacono et aliis est nota.* Aliis est Savona urbs episcopalis Liguriæ sub archiep. Mediolanensi.

(e) Teller. duo, Colbert. ac Vatic. D, Fausanense. In Vatic. A, Suasanensi. In Vatic. E, Fausinense.

D (f) Hic observa presbyteros olim consedis in synodis cum episcopis *astantibus diaconis et clero*, ut infra legitur. Post lectionem libelli supplicis Probi sanctus Gregorius designando episcopos nomine *fratrum* et presbyteros nomine *filiorum* ait : *ut de his quæ petit cum fratribus illisque nostris quid statuendum sit deliberare possimus.* Ne autem presbyteri sedeant in conciliis judices, distinguunt quidam inter vocem *consultivam* et *judicativam*; an vere an sophisticè, inquirent alii. Equidem oppono tantum concilia Romana sub Symmacho in fine quinti sæculi et initio sexti. Ex i concilio hæc verba... *p̄ri adunatione tractemus, expressis scilicet sententiis soncientes... universa synodus surgens, Privetur, acclamavit... Symmachus episcopus dixit : Ergo universitati placet, et ab omnibus recognoscitur et probatur ista sententia? Universa synodus dixit. Placet, et quod omnibus placet, fiat... Et infra : Ut decreta nostra confirmes rogamus.* Quæ statim Symmachus vocat

monasterio cui præesse dignosceris cum nostris filiis tractaremus, atque diu aptam personam huic officio quæreremus, ex improvise te ingrediente, cordi nostro et eorum qui nobiscum ad tractandum aderant subito natum est ut te illic abbatem Deo propitio constituere deberemus. Quod quia renitenti tibi constat impositum, et voluntatis tuæ rigorem vix nostræ potuerunt adhortationes inflectere, necesse fuit, ne forte habere potuisses post spatium redeundi, ut jam ordinatum abbatem ad ipsum te monasterium, cujus nec monachus fuisti, antea mitteremus. (s) Ne ergo hæc obedientia vel dilectioni tuæ tristitiam vel aliis possit inferre jacturam, universas res tuas alienandi, vel ut volueris disponendi liberam tibi per hujus constituti nostri tribuimus statuta licentiam. Per quam eam te in disponendis eis ut tibi placuerit habere noveris facultatem, quam habere poteris antequam monasterium introires. Nec quidquam tibi abbatis officium, quod, sicut dictum est, repente ac invitus nosceris suscepisse, formides obsistere, quia ut in ordinandis disponendisque rebus tuis non haberes licentiam, dilectionem tuam ne post se rediret nostra, ut diximus, coegit instantia. Proinde ne qua te dubium faciat de his quæ volueris ordinare suspicio, nullum unquam Ecclesiæ nostræ vel monasterii tui, sive quolibet nomine alio ex monachicæ conversionis statu vel abbatis officio, quocumque ingenio, vel cujuslibet excusationis specie, contra præsentis seriem constituti venire posse 1300 decernimus; sed tanquam si ingressus monasterium non fuisses, ita omnia quæ de universa facultate tua ordinaveris, disposuerisve, illibata et sine aliqua, Deo auctore, statuimus refragatione servanda (t).

X. *Promissio cujusdam (a) episcopi, hæresim suam anathematizantis, quam solvi fecit in nomine domini imp. Constantinopoli, sub die 10 mensis Februar., indict. 5.*

Quoties cordis oculus nube erroris obductus supernæ illustrationis lumine sit serenus, magna cautela nitendum est ne latenter auctor schismatis irruat, et ab unitatis radice eos qui ad eam reversi fuerant telo iterum erroris abscindat. Et ideo ego ille civitatis illius episcopus, comperto divisionis laqueo quo tenebar, diutina mecum cogitatione pertractans, prona

(s) Ex Joanne Gersone, lect. 4 de Vita spirit. animæ, corollar. 4 et sequentibus: *Legislatores ecclesiastici et civiles plerumque sua potestate et auctoritate noscuntur abuti, præsertim ecclesiastici illi qui quidquid ordinant, quidquid monent, quidquid præcipiunt, volunt pro divinis legibus haberi, par æquale quoque robur habere per interminationem damnationis æternæ.* Cætera prætermitto, quibus vir pius opinionem suam aperit de obligatione legum humanarum propter connexionem cum lege divina. Eam multi quasi erroneam impugnavere, fortasse non satis sibi intellectam. Ut in legibus humanis quod juris eat divini ab humano secernamus, præcipue cujusdam Theologiæ opus est, quam multi, inquit idem, vel ignorant, vel negligunt, vel spernunt. GUSSANV.

(t) In Excusis additur, *Datum mense Novembris, indict. 4, sed in Mss. Vaticanis et aliis minime legitur.* Neque vero convenire possunt hæc cum aliis notis temporis supra assignatis. Certe datum est hoc diploma eodem die ac tempore quo Romæ ha-

A et spontanea voluntate ad unitatem sedis apostolicæ divina gratia duce reversus sum. Et ne non pura mente seu simulate reversus existimer, sub mei ordinis casu spondeo, et anathematis obligatione, atque promitto tibi, et per te sancto Petro apostolorum principi, atque ejus vicario beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius, me nunquam quorumlibet suasionibus vel quocumque alio modo ad schisma, de quo Redemptoris nostri misericordia liberante ereptus sum, reversurum, sed semper me in unitate sanctæ Ecclesiæ catholicæ et communionis Romani pontificis per omnia permansurum. Unde jurans dico per Deum omnipotentem, et hæc sancta quatuor Evangelia, quæ in manibus meis teneo, (b) et salutem geniumque illustrium dominorum nostrorum rempublicam gubernantium, me in unitate, sicut dixi, Ecclesiæ catholicæ, ad quam Deo propitio sum reversus, et communionis Romani pontificis semper et sine dubio permanere. Quod si, quod absit, aliqua excusatione vel argumento ab hac me unitate divisero, perjuri reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inveniar, et cum auctore schismatis habeam in futuro sæculo portionem. Hanc autem confessionis promissionisque meæ chartulam notario meo, cum consensu presbyterorum et diaconorum atque clericorum qui, me in hac unitate obligantes, in suprascriptis omnibus prona simul voluntate secuti atque propriis manibus subscripturi sunt, scribendam dictavi, et propria manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco illo, die et consulibus suprascriptis. *Subscriptio episcopi illius.*

C Ego ille episcopus civitatis illius huic confessionis 1301 promissionisque meæ, præstito de conservandis suprascriptis omnibus sacramento, subscripsi.

XI. *Exemplum concessionis pallii.*

Dilectissimo fratri Petro Gregorius. Omni convenire novimus rationi ut eos amictu pallii decoremus quos in illis civitatibus, divina inspirante misericordia, sacerdotii honor illuminat, in quibus hoc etiam ab illis qui præteritis temporibus pontifices fieri meruerunt, et ab apostolica sede constat esse indultum. Ideoque ob charitatis tuæ usum pallii, sicut decessores tui habuisse noscuntur, præsentis auctoritate concedimus, atque ea omnia circa honoris tui privilegium

bita est synodus antea commemorata, hoc est mense Octobri, non Novembri.

X [Al. ep. 31, ind. 5]. — (a) Hic episcopus videtur esse Firminus, ad quem exstat epistola 33 lib. XII.

(b) *Per salutem geniumque.* Ea verba male inserta huic promissioni fuisse reor; nec enim catholici per genium imperatorum jurabant. Vide Tertullianum, in Apologetico, c. 32, et ad Scapulam, c. 2: *Juramus non per genios Cæsarum. Nescitis genios demones dici... cæterum, demones, id est genios, adjuvare consuevimus,* etc. Certe in confesso erat antiquitus genium nihil esse aliud quam demone, ut legere est apud Lactantium, lib. II, c. 15, quem locum quia indico, caute legendum dico. Notant multi ne quidem apud nos in Galliis fuisse permissum jurare per vitam regis et filiorum ejus. Passim in Actis concil. Chalced. jurabant per vestigia imperatoris aut Patrum. GUSSANV.

XI. Al. ep. 56, ind. 5.

volumus permanere quæ anterioribus temporibus Ecclesiæ tuæ constat esse servata, ut nihil prorsus de privilegiis ejus doleas diminutum. *Et subscriptio domini papæ.* Deus te incolumem custodiat. Datum x Kalend. Octob., imperante domno Justino [Al. Justiniano] August. *Et subscripsit dominus papa.*

XII. (a) *De Phoca coronato, et Mauricio interfecto cum filiis suis.*

In nomine Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, per indictionem sextam, die 23 mensis Novembris, temporibus domini et beatissimi papæ Gregorii, coronatus est Phocas, et Leontia Augusta (b) septimo in palatio, (c) quod dicitur Secundianas, et occisus est Mauricius imperator 1302 cum omnibus filiis suis masculis, id est (d) Theodosio jam coronato, Tiberio, Petro, (e) Paulo et Justiniano, simul et (f) Petro fratre suprascripti Mauricii Augusti. Sed et aliqui

FRAGM. XII [Al. ep. 1, lib. ix]. — (a) Coronatus est Phocas a patriarcha Cyriaco an. 602. Qua de re fuse Theoph. Simocatta, et cæteri historiæ Byzantiæ scriptores. GUSSANV.

(b) Scriptores Græci vocant ἑβδομον. Procopius de Ædif. Justin. : Ἐν προαστείῳ κολουμένῳ ἑβδομῳ, lib. 1, c. 14. Nicephorus patriarcha CP., in Breviario historico, c. 2 ; καὶ μὲν πρὸς τὸ πεδῖον πρὸ τῆς πόλεως δ' ἑβδομον καλοῦσι. Quidam etiam ex Latinis appellant *hebdomum*, quod Idacius, Marcellinus Comes, Anastasius Bibliothecarius, et leges aliquæ Justinianæ *septimum milliare*. Idem Marcellinus interdum et Victor Tunnunensis nude *septimum* nuncupant. Eadem est sententia Cujacii, lib. xx Observat., qui et addit : *Eadem forte ratione septimum dictum est, quo decimum suburbium Carthaginiis, quod auctore Procopio ab ea distabat stadiis lxx.* GUSSANV. Septimum autem palatium est idem ac tribunal hebdomi præ cæteris celeberrimum, in quo imperatores renuntiabantur, et se populo spectabiles præbebant. *Hebdomum* videtur dictum a septimo milliario, quod hoc intervallo distaret Constantinopoli. Refert Idacius Valentem a Valentiniano fratre in consortium imperii vocatum, *Levatum Constantinopoli in milliario septimo in tribunali.* Ubi apud Chronicum Alexandrinum legitur ἐν τῷ ἑβδομῳ. Idem occurrit apud Marcellinum Comitem de Arcadio. Conjecturam nostram confirmat quod habet Idacius de Honorio : *Honorium pater suus Theodosius, in eodem loco quo fratrem ejus Arcadium Cæsarem fecit, id est septimo ab urbe regia milliario.* Porro Chronicum Alexand. dicit Arcadium Cæsarem factum ἐν τῷ τρίβουναλίῳ τοῦ ἑβδομοῦ.

(c) Palatium hoc nomine in urbe vel suburbanis nullum agnoscunt scriptores Byzantini. *Jucundianarum* nomenclaturam habet Procopius lib. 1 de Ædificiis Justiniani. Ad illud in Bithynia videtur exstitisse, ex ipso Procopio, tametsi Justinianas ibi restituendum putet Gyllius. Verum cum in Secundianis palatio ita nuncupato in septimo coronatum Phocam tradat Gregorius, quod Theoph. Simocatta, lib. viii, c. 10, Chronicum Alexandrinum, et Theophanes, in Chronogr., factum volunt in sancti Prodromi æde hebdomiana, intelligendum prorsus videtur tribunal hebdomi, quod alii palatium hebdomi appellant, in quo scilicet imperatores recens renuntiati toti plebi spectandos se præbebant, atque adeo interdum corona donabantur. Cujus moris complura prostant exempla apud ejusce ævi scriptores. GUSSANV.

(d) Vide Chronicum Alexandrinum, Joannem Biclarensem, Theophanem, Cedrenum, Zonaram. GUSSANV.

(e) Istius Mauricii filii nulla mentio est apud scriptores, pro quo *Justinum* substituit auctor

A procerum qui ei cohærebant, id est (g) Constantius patricius et curator, et Placidus, sed et (h) Georgius notarius principis, (i) Venit autem icona suprascriptorum Phocæ et Leontiae Augustorum Romam vii Kal. Maii, et acclamatum est eis in lateranis (h) in basilica Julii ab omni clero vel senatu. Exaudi, Christe : Phocæ Augusto et Leontiae Augustæ vita. Tunc jussit ipsam iconam dominus beatissimus et apostolicus Gregorius papa reponi in (l) oratorio sancti Cæsarii martyris intra palatium. (Joan. Diac., lib. iv, c. 20). XIII. *Fragmenta epistolarum quas Gratianus sancto Gregorio tribuit.*

Gregorius Augustino Anglorum episcopo.

Denique sacerdotes et diaconi (Dist. 4, can. 6), et reliqui omnes quos ecclesiastici gradus dignitas exornat, a Quinquagesima propositum jejunandi suscipiant, quo et aliquid (a) ad pensum sanctæ institutio-

Chronici Alex., apud quem ita quinque filii Mauricii recensentur, Theodosius, Tiberius, Petrus, Justinus et Justinianus. GUSSANV.

(f) Petrus hic fuit vir strenuus, dux exercitus contra Persas. De eo Simocatta, lib. iii Hist. Mauric., et lib. viii, Chronicum Alexandrinum, Theophanes et alii. GUSSANV.

(g) In pluribus Mss. appellatur Constantinus. In Chronico Alex. Constantinus Lardis. A Simocatta nude Lardis dicitur lib. viii, c. 13. Fuit is præfectus prætorio, deinde Logotheta, et curator palatii Hormisdæ, ut est in eodem Chronico Alexan., quam postremam dignitatem attingit hic Gregorius. Sed cum addatur *et Placidus*, legendum ex Mss. sex probatis, *et curator Placidus*; licet in iis corrupte habeatur *de Placidus*; ita ut curator fuerit non Hormisdæ, sed Placidie, domus scilicet Augustæ Placidie, cujus meminit vetus urbis descriptio. Nam et κουράτων τῶν Πλακιδίας occurrit in Chronico Alexandrino in eodem Phoca. Atque ea est sententia viri clarissimi Cangii in sua Constantinopoli Christiana. GUSSANV. Quod hic observat Gussanvillæus confirmari potest ex Mss. Colbert.

(h) Qui Philippici ὑποστρατηγός dicitur Simocattæ lib. viii, c. 13. GUSSANV. In Colbert. legitur *Gregorius*.

(i) De isto more mittendi in provincias iconas seu imagines Augustorum, quas lauratas appellabant, multi multa dixere; nos paucis repetemus. Citant, sed male, ex Optato, lib. viii, hæc verba, quæ reperio in synodo Nicæna II, in epistola Adriani : *Lauratis et iconibus quæ mittuntur ad civitates et regiones oboii eunt populi cum cereis et incensis, non cera perfusam tabulam, sed imperatorem honorantes.* In leg. *Quidquid*, Cod. Theodos. de publ. lat. num. : *Si sacros vultus inhiantibus forte populis inferimus, hoc sine immodico pretio nuntiari, etc.* Legge Gregorium II, epist. 1, ad Leonem Isaurum; Chrysostomum, serm. in cæna Domini. Refertur in Nicæn. II, act. 2. Græci dicunt λαυράτον et λαοράτον, in Basil., ecloga 56. Cave tamen confundas cum labrato, quod φιλημα βασιλικόν vocant, sive ἀσπασικόν βασιλέως osculum imperatoris. GUSSANV.

(k) Basilicam Julie, Romæ memorat Anastasius Biblioth. in Bonifacio et in Cælestino. GUSSANV. In Colbert. legitur Julii.

(l) Cujus meminit etiam idem Anastasius. GUSSANV. Cæterum hanc imperatorum imaginem super altare positam nemo credat. Olim Donatistæ calumniati sunt catholicos, quod ipsis consentientibus Paulus et Macharius imperatorum imagines in altari tempore sacrificii reposuissent. At falso id rumore niti tantum ostendit Optatus, lib. iii de Schism. Donatist., c. 2.

XIII.—(a) Hæc multum accedunt ad ea quæ leguntur regulæ sancti Benedicti, c. 49, de Quadragesimæ ob-

nis adjiciant et eorum qui in laicali ordine consistunt observantiam, sicut loco, ita religione præcellant.

De ipsa vero die Dominica hæsitamus quidnam dicendum sit, cum omnes laici et sæculares illa die plus solito cæteris diebus accuratius cibos carniæ appetant; et nisi nova quadam aviditate usque ad mediam noctem se ingurgitent, 1303 non aliter se hujus sacri temporis observationem suscipere putant. Quod utique non rationi, sed voluptati, imo cuidam mentis cæcitate ascribendum est; unde nec a tali consuetudine averti possunt, et ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte pejores existant, si a tali consuetudine prohibeantur. Ut enim ait Salomon: *Qui multum emungit, elicit sanguinem* (Prov. xxx, 33).

Et post pauca.

Par autem est ut quibus diebus a carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque quæ (b) sementinam carnis trahunt originem, jejunemus, lacte videlicet, caseo, et ovis.

Et post pauca.

Cæterum piscium jus ita Christiano relinquatur, ut hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat incendium. Denique qui a carne abstinere, nequaquam (c) sumptuosiora marinarum belluarum convivium præparet.

Vinum quoque ita bibere permittitur, ut ebrietatem omnino fugiamus, alioqui restat ut omnia quæ corpori libent similiter faciamus.

servatione: *Augeamus nobis aliquid ad solitum pensium servitutis nostræ.* Jam sæpe admonuimus familiare esse Gregorio regulæ sancti Benedicti sententias et ipsa verba usurpare.

(b) Al., *sementivam.*

(c) Hæc pro Gregorianis habebat Joan. Baptista Mantuanus, cum in poemate de Quadragesima canebat:

*Non tamen illicitum pisces adhibere minutos;
Gregorius magnos prohibet, sed longior usus
Obstitit et ponti pecuaria magna per omnes
Jam volitant procernum mensas, et prandia regum.
Sordida Gregorii leges observat egestas.*

(d) Ita affirmant Romani correctores decreti Gratiani, penes quos fides sit; nos autem nullis in Mess. hæc fragmenta invenimus.

Epistolam ad Venerium, episcopum Caralitanum,

De moribus, vita et morte Agapiti primi papæ.

(d) Ex vetusto Codice Registri sancti Gregorii papæ in bibliotheca Vaticana asservato.

Agapitus papa vas catholicum, Evangelii tuba, præco justitiæ, sacra altaris sedisque 1304 velamina sacrilegis Anthimi infecta fabulis suis catholicis precibus eluit (*De consecr. dist. 1, c. 23*).

Fragmentum epistolæ laudatum a Joan. Diacono lib. II, c. 16.

Multos ex ecclesiastica seu sæculari militia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi, in divino servitio videantur familiariter in monasteriis conversari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici vel sæcularis juris dominium occasionem præbemus. Si vero festinantes ad omnipotentis Dei servitium incaute retinemus, illi invenimus negare quædam qui dedit omnia. Unde necesse est ut quisquis ex juris ecclesiastici vel sæcularis militiæ servitute ad Dei servitium converti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus; et si mores ejus atque conversatio bono desiderio illius testimonium ferant, absque ulla retractatione, servire in monasterio omnipotenti Deo permittatur, ut ab humano servitio liber recedat, qui in divino obsequio districtiorem subire appetit servitute. Si autem et in monachico habitu secundum Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conversatus, post præfixa sacris canonibus tempora, licenter jam ad quodlibet ecclesiasticum officium provehatur, si tamen illis non fuerit criminibus maculatus quæ in Testamento Veteri morte multantur.

B

C

in hac appendice non admittimus; quamvis enim circumferatur a Gratiano sub nomine Gregorii papæ, causa 35, quæstione 10, c. 1, et ab Anselmo Lucensi, laudato ab eruditissimo Baluzio in suis ad Gratianum notis, pag. 558, eam tamen inter opera sancti Doctoris recensere vetat ingens styli dissimilitudo; vetat Venerius ille ad quem dirigitur epistola, ut pote Gregorii magni ævo prorsus incognitus; vetat denique altum ac perpetuum de ea silentium, tum in omnibus Registri Codicibus manu exaratis ac editis, tum in omnibus omnino scriptoribus ante Anselmum Lucensem et quemdam Polycarpum, de quibus apud Gratianum.

De epistola autem ad Felicem Messanensem, quæ est ultima indictionis 7, aliter censemus, eam edidimus ut genuinum ejus fetum. Vide notam a in eadem epistolam.

EPISTOLARUM SANCTI GREGORII VARIE TABULÆ.

EPISTOLARUM ORDO RESTITUTUS ARGUMENTIS DEMONSTRATUR.

Hic primum agemus de Epistolis unicuique libro restitutis, postea de amotis; deinde si quæ fuerint transpositæ intra eundem librum, ut ad proprium locum revocarentur, indicabimus. Si vero, dum breves esse laboramus, obscuros quandoque fieri contingat, legendæ sunt ipsæ Epistolæ, debito, ut putamus, ordini redditæ.

LIBER. I INDICTIONE IX.

I. Nonæ indictioni tres epistolas restituimus.

1. Ex libro ultimo, indictione VII, decimam octa-

D vam epistolam, quæ nunc est hujus libri decima. Cum scripta est hæc epistola vivebat Petrus, Terracinensis episcopus, cujus meminit. Eum undecimæ indictionis initio mortuum fuisse probant epistolæ